pecuniam dni sui; post multum uero temporis· uenit dns seruo
rum illorum· & posuit rationem cum eis; & accedens qui quin
que talenta acceperat· obtulit alia quinq: talenta dicens;
Dne· quinq: talenta mihi tradidisti· ecce alia quinq: super
lucratus sum; ait illi dns eius; euge bone serue & fidelis· quia
super pauca fuisti fidelis· sup multa te constituam; Intra
in gaudium dni tui; Accessit autem & qui duo talenta accepe
rat· & ait; Dne· duo talenta tradidisti mihi· ecce alia duo
lucratus sum·, Ait illi dns eius; euge serue bone & fidelis· quia
sup pauca fuisti fidelis· super multa te constituam; Intra
in gaudium dni tui; Accedens autem & qui unu talentu
acceperat· ait; dne· scio quia homo durus es· metis ubi non
seminasti· & congregas ubi non sparsisti; & timens abii & abs
condi talentum tuum in terra· ecce habes quod tuum est;
Respondens autem dns eius· dixit ei; serue male & piger· sciebas
quia meto ubi non semino· & congrego ubi non sparsi· oportuit
ergo te committere pecuniam meam nummulariis· & ueniens
ego recepissem utiq: quod meum est cum usura·, Tollite itaq: ab eo
Mt cclxxi Mr xlii L ccxxx talentum· & date ei qui habet decem talenta; Omni enim
habenti dabitur· & abundabit; ei autem qui non habet· & quod
Mt cclxxii L ccxxxi uidetur habere auferetur ab eo; Et inutilem seruum eicite in
tenebras exteriores· illic erit fletus & stridor dentium·,
Mt cclxxiii 5 Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua· & omnes angeli
cum eo; Tunc sedebit super sedem maiestatis suae· & congrega
buntur ante eum omnes gentes; & separabit eos ab inuicem· sicut
pastor segregat oues ab hedis; & statuet oues quidem a dextris
suis· hedos autem a sinistris; Tunc dicet rex his qui a dextris ei
erunt; Uenite benedicti patris mei· possidete paratu uobis
regnum· a constitutione mundi; Esuriui enim· & dedistis
mihi manducare; Sitiui· & dedistis mihi bibere; Hospes era·